

Seznam příloh

Příloha 1: Odjezd účastníků na Eucharistický kongres v Karthágu 1930. Dostupné na: <http://kohoutikriz.org/priloha/plojh.php>.



Příloha2: Josef Plojhar v kanceláři na plantážích v Dachau. Zdroj: Archiv KZ – Dachau.



Příloha 3: Josef Plojhar a Bohumil Stašek (uprostřed) v kanceláři na plantážích v Dachau.
Zdroj: Archiv KZ – Dachau.



Příloha 4: Dekret Posvátné kongregace Svatého Oficia datováno 20. 6. 1949. Zdroj: NA, f. 100/52, sv. 5, a j. 53.

ACTA SS. CONGREGATIONUM

SUPREMA SACRA CONGREGATIO S. OFFICE

i

DECRETUM

SCHISMATICA ((ACTIO CATHOLICA)) IN CECOSLOVACHIA DAMNATUR

Postremo hoc tempore Ecclesiae Catholicae adversarii in Cecoslovachia falsi nominis « *Actionem Catholicam* » dolose excitarunt, qua illius Reipublicae catholicos inducere conantur, ut ab Ecclesia Catholica deficiant et ab oboedientia legitimis Ecclesiae Pastoribus debita recedant.

Quae *actio* eo est iniquior quod eius agitadores non dubitarunt multos cogere, vi vel dolo, ad nomina sua eidem danda; imo eo pervenerunt ut inter asseclas etiam multos sacerdotes et laicos catholicos recensere atque enuntiare auderent, qui ei numquam adhaeserunt, quin etiam contrariam voluntatem manifestarunt.

Quapropter Suprema Sacra Congregatio Sancti Officii, munere suo fungens fidei ac morum integritatem tuendi, nomine et auctoritate Ssmi D. N. Pii, Div. Prov. Papae XII, praedictam actionem, fraudulenter <(*Actionem Catholicam* » nuncupatam, reprobatur ac damnatur tamquam schismaticam, simulque declarat omnes et singulos, clericos et laicos, qui ei scienter ac sponte iam adhaeserint vel in posterum adhaereant et nominatim eius auctores et promotores, tanquam schismatici et ab Ecclesia Catholica apostatas incurrisse vel incururos esse ipso facto in excommunicationem speciali modo Apostolicae Sedi reservatam, de qua c. 2314, firmis ceteris Iuris Canonici sanctionibus, quibus ipsi deinceps erunt plectendi, si (quod Deus avertat) in censura contumaciter perseveraverint.

Datum Romae, ex Aedibus Sancti Officii, die 20 Iunii a. 1949.

L. fg S.

Petrus Vigorita, *Supr. S. Congr. S. Officii* Notarius.

